vertis in pijssimũ patrem. De secũdo dicitur in symbolo domini vbi di-
citur. ꝙ ex ꝓgenie regali et sacerdotali voluit nasci. quam beata virgo pru
denter exornauit. et ergo ipsa clipeus aureus nũcupat᷑. q2 nos defendendo
vitam imaculatam auro puriorem ꝯseruauit ⁊ gloriam mũdo. Unde p̃-
mo Macha. ij. Gloria viri peccatoris stercus ⁊ vermis est. hodie extolli
tur et cras nõ inuenietur. ideo vanũ est humanã laudem appetere. quod
perpendens beata virgo soli deo studuit inherere. ⁊ sic virtutib9 plena tan-
tas dignitates promeruit vt non solum ipsa. sed etiam parentela eius est
glorificata. Unde etiam beatus Augustinus ꝯmendat eam in virtutib9
dicens. Beata virgo Maria fuit valde deuota. habuit spũm humilem
totum corpus anime ⁊ rõni subiectum Item nota beata virgo dicitur
mater gratie quia oĩes peccatores ꝯsolatur. quod bene patet in quodam
miraculo. Unde in monasterio beati Petri erat quidam frater qui male
vixit. hic aliquando cũ quibusdam fratrib9 potionem medicinalem ꝓ cor
poris salute accipiens ⁊ post hoc statim sine ꝯfessione ⁊ sine ꝯmunione
defunctus est. cuius anima ad infernũ per dyabolum ducebatur. qđ cer-
nens sanctus Petrus accessit ad dñm Jesum christum orans pro anima
fratris sui. Cui dominus. ignoras quid propheta dixit. Domine quis ha
bitabit in tabernaculo tuo ⁊c. Qui ingreditur sine macula ⁊ operatur iu-
sticiam. quomodo potest ergo hic saluus fieri. cum neq3 sine macula in-
gressus sit neq3 vt debuit iusticiam operatus est. Hec audiens beatus pe
trus venit ad beatam virginem Mariam sciens certissime eius p̃ces ex-
audiri. Cum ergo surrexiss3 beata virgo cum virginib9 suis precatura fi-
lium suũ statim christ9 dixit. Quid a me petis dulcissima mater cũ meis
sanctissimis sororib9. Cui beata virgo. Pro illa anima ego rogo. Cui chri-
stus. Licet nemo possit in meo tabernaculo habitare nisi qui sine macula
ingreditur. tamen si tibi placet vt indulgentiam consequatur. concedo ꝙ
eius anima ad corpus reuertatur. vt de malis actibus penitentia peracta
tandem celesti gloria perfruatur. ⁊ ille frater de morte resurgens qualiter
a potestate dyaboli suffragijs beate virginis fuisset ereptus. oĩb9 narra-
uit. Et ergo merito mater gratie nũcupatur

Ue maria gratia plena dominus tecu3 virgo serena
Benedicta tu in mulieribus. que peperisti pacem ho
minibus et angelis gloriam. Et benedictus fructus ventris
tui. coheredes vt essemus sui. nos fecit per gratiam

¶ Hic autor subinfert aliud canticũ ab angelica salutatõe inchoatum
et beate virgini Marie dedicatũ. Et diuiditur in tres partes. In prima
parte salutat beatã virginẽ angelus. Secũdo ꝯmendat eam de multitu-
dine gratie. Tercio dirigit petitionẽ. Secũda ibi. Te collaudet celestis.
Tercia ibi. Ergo maris. dicens. O (Maria) s^c existẽs (virgo serena). i.
splẽdida (plena) i. repleta (grã) s^c dei (aue). i. sis salutata (dñs) s^c sit (tecũ

v iiij.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-823/0259
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG